Fragmentarium

3712

Notandum quod opus
subsequens seu liber
sive tractatus inti
tulatur Malogranatum
tum, qui tractat de triplici statu
religiosorum, videlicet incipiencium
proficiencium et perfectorum. Hic vero lib
nomen accepit racione Malog
ranati, nam sicut in malogranato sunt
multa grana per diversas cellulas in
clusa, sic in isto tractatu continentur
multe auctoritates diversorum doctorum
per multiformes clausulas seu sen
tencias coadunate in unum, qui tractat
de materiis multum utilibus et ad sa
lutem anime pertinentibus. Unde fratres
simplices ac minus intelligentes
qui non valent propter impericiam transire
aut perlegere libros sanctorum patrum
hunc libellum sive tractatum sibi
assumant et in eo legere continua edifi
cacione studeant, quia ut reor invenient
in eo consilia salubria quibus medi
antibus adiuti virtuosa ac eciam per
fecta poterunt pervenire. Explicit
prologus. Incipit Malogranatum de di
versis materiebus tractans utilis.
Et primo de incipientibus.

Fili attendens ad servitutem dei
sta in iusticia et timore et prepa
ra animam tuam ad temptacionem, iunge te deo
et sustine. Ecclesiastici 2° capitulo. Capitulum primum

Sancta trinitas pater et filius et
spiritus sanctus, unus opus deus sue di
vinitatis et bonitatis ac ineffabilis
pulchritudinis et caritatis que in ipso
est et ipse est, volens communicare aliis
et esse participes fecit creaturam racion
alem que secundum ... videlicet summum bonum
intelligeret, intelligendo amaret,
amando possideret, possidendo beata
esset. Fecit ergo deus secundum hominem

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3712, Cod3712_Farbkeil – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-3ymf/2538/29069)